

laris in jure, secundum Bart. ibi, in *Authent. Quibus mod. natur. eff. sui. cap. De nepotibus. alias, In quibus. Collat. 7. text. in Authent. Licet. Cod. de Natur. liber. in fin. text. in §. 1. Instit. de Serv. cognat.* & idem disponit *lex 8. in fin. tit. 13. partit. 6.* bonus textus in *leg. Si quis à liberis. §. Utrum. & §. Parens. ff. de Liber. agnosc. cum simil. ubi in casibus, quibus pater tenetur alere filios, in eisdem filii tenentur alere patrem: text. notabilis in *Authent. de Incest. nup. cap. Si verò contigerit. Collat. 2. in ratione sui. ibi: Nam licet legum contemptor, & impius sit, tamen pater est. Et ita reperit quòd apertè vult Hostiens. in dict. cap. Cùm haberet. fin. col. in princ.**

46 Item addè pro perfecta declaratione materiæ, quòd dubium necessarium est, an isti filii naturales tantum, vel spurii, & nati ex damnabili coitu succedant consanguineis patris vel matris? In quo verè & resolutivè dico sic: quòd filius naturalis tantum non succedit ab intestato consanguineis ipsius patris, nec ipsi succedunt illi; quia non reputatur esse inter eos agnatio vel cognatio ex parte patris, propter maximam in certitudinem filiationis: (x) text. est in *leg. Si spurius. ff. Unde cognat. cujus verba sunt: Si spurius ab intestato decesserit, jure consanguinitatis aut agnationis hereditas ejus ad nullum pertinet; quia consanguinitatis, itemque agnationis jura à patre oriuntur. & ibi notat Cinus, Alber. & Antiqui: text. in cap. Vulgo quasitos. Instit. de Success. cognator. Cujus verba sunt: Vulgò quasitos nullos habere agnatos, manifestum est; cùm agnatio à patre sit, cognatio à matre: Hi autem habere nullum patrem intelliguntur. Et licet ista jura tantum loquantur in spuriiis & vulgò quasitis, qui non possunt succedere patri, & à fortiori ejus consanguineis; tamen idem est in filiis naturalibus tantum, habitis ex concubina retenta in domo, vel ea quæ hodiè habetur pro concubina, attendita *leg. 11. Taur. quia militat ratio prædictorum jurium, & non reperitur cautum, quòd succedunt: & in expresso istam conclusionem probat text. in Auth. Quib. mod. natur. eff. sui cap. Filium verò. Collat. 7. & in expresso istam conclusionem tenet Cynus in Authent. Itaque. Cod. Commun. de success. 2. colum. in fin. Alb. ibi. 3. colum. in princ. & tenet notabil. Angel. in §. Vulgò quasitos. Instit. de Success. cognator. 1. colum. in fin. & ibi notat Platea: idem Platea in §. 2. Instit. ad Orphi. Abb. in dict. cap. Cùm haberet. pen. colum. in fin. Paul. in *leg. Si is qui ex homis. de Vulg. & pup. final. colum. in princ. Dinus in tract. de Success. ab intestat. pen. colum. num. 2. 2. Mat-***

thæ. in tract. de Success. ab intestat. 13. fol. 2. colum. num. 3. & ibi Bologni. in addit. Nicol. de Ubald. in tract. de Success. ab intestat. 51. colum. num. 7.

Ex quo clarè infertur, quòd sicut tales filii naturales tantum non possunt succedere aliis filiis agnatis, vel cognatis legitimis ipsius patris; ita non possunt succedere aliis filiis naturalibus, vel consanguineis ex parte patris: Unde, si ex duabus concubinis diversis temporibus habitis habuisset plures filios naturales tantum, ad invicem sibi non succedunt: & in expresso istam conclusionem tenet Glossa ordinaria. in *leg. Hac parte. ff. Unde cognati. in gloss. fin. quam ad hoc dicit ibi unicam Alber. post. Rainer. tenet etiam Alber. in leg. Parentes. ff. de In jus voc. Spec. in tit. de Success. ab intestat. versic. Quid de natis ex uno patre. num. 19. illam etiam dicit singularem Angel. de Aretin. in §. Vulgò quasitos. Instit. de Success. cognat. 1. col. in princ. Idem Angel. in §. Vulgò quasitos. de Success. cognator. 2. colum. illam etiam Glossam ad hoc reputat notabilem Matthæ. in tract. de Success. ab intestat. fol. 13. colum. 2. n. 4. Joan. Bapt. Caccialup. in rep. leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orphi. 19. col. n. 44. Sed certè illa Glossa non meretur commendari, quia ex regula & doctrina superius tradita redditur clarissima: nam si non potest talis filius naturalis tantum alteri filio legitimo patris succedere ab intestato; ergo nec naturali: nec meretur commendari in quantum dicit, quòd etiam si legitimentur non succedunt agnatis & cognatis patris; quia casus est pro ea in §. Filium verò. quem allegat.*

Et in tantum ista conclusio procedit & est vera, quòd licet filius naturalis possit in duabus unciis succedere ab intestato, ut in *Authent. Licet. Cod. de Natur. liber. & supra latius conclusimus; tamen etiam in eis non posset hodie succedere consanguineis ipsius patris. Præterea etiam in tantum ista conclusio procedit & est vera; ut licet habeamus, quòd hodiè de Jure Authic. sit subblata differentia agnationis & cognationis, ut in *Auth. de Hæred. ab intestat. ven. §. Nullam verò. Collat. 9. tamen in nostro casu non est sublata; undè etiam hodiè tales filii naturales tantum non succedent consanguineis patris, licet succedant consanguineis matris: quia textus in dict. cap. Nullam verò, & ejus dispositio solum loquitur & debet intelligi in agnatis & cognatis legitimis & naturalibus; unde in naturalibus tantum remanet jus antiquum incorrectum: & in expresso ita tenet Fab. in §. 1. Instit. de Servil. cognat. col. 3. num. 5.**

Advertendum tamen, quòd in hoc reperitur 47 in

(x) Vide Gregorium alios allegantem in *leg. final. verb. Parentes ortos. tit. 13. part. 6.*

in nostro Regno quædam *lex notabilis Partis. scilicet lex final. tit. 13. 6. part. quæ apertè vult, quòd talis filius naturalis tantum succedat ab intestato alteri filio legitimo & naturali, vel filio naturali tantum patris, non extantibus aliis fratribus ex parte matris: & sic illa lex in hoc est talis nova & correctoria, in quantum expressè inducit & concedit successionem ab intestato inter istos fratres naturales tantum inter se, & inter naturales tantum & alios legitimos. Quam legem intelligo & declaro sic ex verbis ejus: quòd mortuo filio naturali tantum ab intestato, relicto filio legitimo & naturali ipsius patris, & alio filio naturali tantum; ipse filius legitimus & naturalis præferatur: si verò non sit filius legitimus & naturalis patris, sed solus filius naturalis tantum, ipse succedat: si verò reperitur filius naturalis tantum ex parte matris, & filius naturalis tantum ex parte patris, vel etiam filius legitimus & naturalis ex parte patris; præferatur talis filius naturalis ex parte matris: si verò non reperitur aliquis filius ex parte patris; tunc nullus alius consanguineus ex parte patris potest succedere huic filio naturali tantum mortuo ab intestato, & sic ultra fratres jus commune remanet incorrectum: & ista est vera & realis declaratio hujus articuli.*

48 Ex parte verò matris benè datur inter eos successio: Undè, si filius naturalis tantum decedat ab intestato, omnes consanguinei succedunt ei secundum sui gradus prærogativam, & per consequens ipse succedet eis tamquam si esset filius legitimus; quia ex parte matris propter certitudinem partus dicuntur verè indubitabiliter consanguinei: textus est in *leg. Hac parte. ff. Unde cognati. in versic. Item ipsi fratres. cujus verba sunt: Item ipsi fratres inter se ex hac parte honor. possess. petere possunt, quia sunt invicem sibi cognati. text. in leg. Spurius. eodem titul. text. in §. Vulgò quasitos. Instit. de Success. cognat. & idem disponit *lex final. in princip. & in fin. tit. 13. part. 6. & istam**

conclusionem tenet Angel. in §. Novissimè. ad Orphi. 1. col. num. 3.

Dubium tamen esset in hoc, & satis notabile: Si iste filius naturalis tantum ex parte matris decedat ab intestato, relicto alio filio naturali ex eadem matre, & relicto filio legitimo & naturali ex legitimo matrimonio ex eadem etiam matre; an præferatur talis filius legitimus & naturalis alteri qui tantum est naturalis, attendita *leg. 9. Tauri? Et credo quòd non; sed quòd pariter succedant, cùm sint in eodem gradu: quia illa lex 9. Tauri tantum loquitur & debet intelligi quando tractatur de successione ipsius matris; quia tunc filius legitimus & naturalis præferatur naturali tantum. (y) Unde, in casu quòd tractaretur de successione collateralium, jus commune remanet incorrectum: constat enim quòd de jure communi non præferatur ipse legitimus in successione matris; ergo nec in successione fratris, cùm non sit immutatum: & per hoc patet malè dixisse Angel. qui contrarium voluit in *Auth. Quib. mod. natur. eff. sui. §. Fin. collat. 7. in 2. colum. in fin. num. 19.**

49 Item adde, quòd si fortè talis filius naturalis ex parte matris decedat ab intestato, relicto ex una parte alio filio naturali tantum ex eadem matre & ex eodem patre, & alio filio naturali tantum ex eadem matre, sed ex diverso patre, vel relicto alio filio legitimo & naturali ex legitimo matrimonio ex diverso patre; tunc præferatur ille filius naturalis tantum, qui natus est ex eadem matre & eodem patre, quia est utrinque conjunctus, & habet potiora jura: argumento textus in *Authent. Itaque. Cod. Commun. de success. & in expresso istam conclusionem tenet Angel. de Aret. in §. Vulgò quasitos. 2. conclusio. prope fin. versic. Quid si superveniret. Instit. de Success. cognat. & satis apertè hoc voluit Angel. de Per. in *Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. §. final. collat. 7. 2. colum. in fin. num. 19.**

Si verò tales filii sunt spurii, nefarii, incestuosi, vel

(y) Vide Azeved. in *leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopil. num. 4. circa medium: Gregorium in leg. 1. tit. 13. part. 6. Gloss. 2. & 3. Velasquez in leg. 9. Gloss. 2. num. fin. fratre enim naturali ex parte matris ab intestato mortuo, succedit alter frater naturalis utrinque conjunctus, hoc est ex eodem patre & eadem matre, & præferatur alteri fratri legitimo & naturali nato ex eadem matre, alio tamen patre: & cùm Gregorio tenet Matienz. in *leg. 6. tit. 8. lib. 5. Recopil. Gloss. 4. circa finem. Et adde quòd naturalis filius succedet omnibus consanguineis matris simul cùm legitimis, cum inter eos detur cognatio, ut in *leg. Hac parte. & in leg. Si spurius. ff. Unde cognati. & tradit Covar. de Sponsal. cap. 8. 2. part. §. 5. colum. penult. Ex quo sequitur, quòd si duo naturales fratres sint ex eadem matre, & quilibet eorum decedat relicto filio legitimo & naturali, seu naturali tantum, ita ut hi duo filii fratres patruales sint (hoc est primos hermanos): si postea unus ex his decedat ab intestato, succedet ei alter superstes, & præferatur consanguineis remotioribus etiam legitimis; cùm inter istos detur cognatio, atque ita debent succedere secundum gradus prærogativam: idque mihi verissimum videtur, licet à nemine traditum: cui sententiæ videtur suffragari textus in *leg. fin. tit. 13. part. 6.****

vel nati ex damnabili coitu, certum est quod non possunt succedere ab intestato consanguineis collateralibus ipsius patris, nec ipsi consanguinei eis: quia etiam naturales tantum non possunt, ut supra dixi.

Sed dubium subtile & singulare est, an possint succedere consanguineis collateralibus ex parte matris, & è contra ipsi eis? Et videtur quod invicem sibi succedant: Primò, quia in eis non invenitur prohibita successio. Secundò, quia textus in leg. Hac parte. & in leg. Si spurius. Unde cognat. cum simil. indistinctè dicunt, quod spurii succedunt matri & consanguineis ejus, & è contra; & hoc non invenitur mutatum respectu cognatorum matris. Tertio, quia in eis non consideratur vitium vel delictum per quod prohibeantur, sed in ipsis parentibus. Quarto, quia non est inconveniens, quod principales personæ inter se non succedant, tamen succedant consanguinei: ut in nepote vel descendente nato & concepto post mortem avi, qui ei non succedit, sed bene succedit consanguineis: Item in eo, qui renunciavit hereditati cum juramento; qui non succedit ei cujus hereditatem renunciavit, atamen bene potest succedere agnatis & cognatis: Item, filius non succedit patri, qui condemnatus est in crimine læsæ Majestatis, ut in leg. Pannonius. §. Rei perduellionis. de Acquirend. heredit. & in leg. Cum filius. §. final. de Legat. 2. text. expressus in §. Interdum. versic. Per contrarium. Instit. de Hered. qua ab intestat. defer. & tamen succedit aliis agnatis & cognatis patris, quia non reperitur prohibitum. Non obstat text. in leg. Quisquis. §. Filii verò. Cod. de Leg. jul. majest. Quia debet intelligi quando sunt nati post delictum patris: Ita ibi singularitèr Cin. post Petr. quem ipse allegat. 2. colum. 2. quæst. Et in expressò istam sententiam & conclusionem, licet non sic fundatam, tenet Angel. in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. §. fin. Collat. 7. 2. colum. num. 18. imò, quod succedant inter se. Andreas de Isern. in cap. 1. §. Naturales. in fin. Si de Feud. fuer. contròv. inter domin. & agnat. Joannes Baptista in leg. Si qua illustri. Cod. ad Orphitian. 23. colum. num. 57. & ibi Corne. dicens hanc esse magis communem opinionem, final. colum. tenet etiam Anton. de Rosell. in tract. de Success. ab intestat. 5. colum. num. 28. Nicol. de Ubald. in tract. de Success. ab intest. 51. colum. Mattess. in tract. de Success. ab intest. 13. fol. versic. Secundum membrum principale.

(2) Idem tenet Cifuentes in leg. 9. Taur. num. 2. Gregorius in leg. 11. tit. 13. part. 6. in Glossa magna. Acofta. in cap. Si pater. verb. Omnia. num. 13. de Testament. in 6. & alii, quos refert Velasquez de Avendaño in leg. 9. glossa 6. num. 4. licet ipse velit contrarium in dicta leg. 9. gloss. 10. num. 16.

& ibi Bolognin. ejus additionator: Angel. de Arctin. in §. Vulgò quasitos. Instit. de Success. cognat. 1. col. num. 3. Quinto, quia filius emancipatus non succedit patri de Jure antiquo ante jus Authenticorum; tamen bene succedit agnatis & cognatis ipsius patris: text. est. in leg. Si ab eo. Cod. de Legit. hered.

Sed teneo quod non succedant (2): nam cum tales filii non succedant matri, nec mater eis, ut dixi & conclusi, sequitur quod non succedant consanguineis ejus, nec ipsi consanguinei succedant eis, ex eo quod sunt nati ex radice infecta, ex qua non possunt pullulare boni & approbati rami: argumento textus in leg. Maximum vitium. Cod. de Liber. prater. & in leg. fin. Cod. de Nup. & in Authent. de Hered. ab intest. venient. cap. Si igitur defunctus. el. 2. versic. Et ex diverso. Collat. 9. Et pro ista parte & conclusione considero istam leg. 9. Taur. juncta leg. 2. tit. 3. lib. 5. Ordin. Dicitur enim in ista lege Ordinamenti, quod filii clerici, & sic nati ex damnabili coitu, non succedant consanguineis patris; & ista leg. 9. Tauri dicit, quod dispositum in illa lege Ordinamenti habeat locum in matre: Sed in prædicta lege Ordinamenti cavetur, quod non succedant consanguineis patris: ergo similiter dicendum est, quod per istam legem 9. Tauri non succedant consanguineis matris.

Unum tamen facit me dubitare: quod prædicta lex Ordinamenti solum dicit, quod tales non succedant prædictis consanguineis, quia ex parte sua videtur esse indignitas; & non dicit è converso, quod consanguinei non succedant eis. Sed teneo indistinctè prædictam opinionem & communem; quia in dubio semper intelligitur successio esse reciproca, & per consequens denegatio vel privatio successionis. Et in specie pro ista mea conclusione & doctrina considero text. in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. cap. Filium verò. versic. Sancimus. collat. 7. per quem magistraliter notat ibi Bart. quod successio ab intestato est reciproca, & in ea debet servari æqualitas: nam si quis non potest succedere alteri, similiter alter non potest succedere sibi: & idem tenet & notat Jac. de Bell. in eo tit. 1. col. in fin. versic. Nota. text. notabilis in leg. Lege 12. tabularum. versic. Cum. Cod. de Legit. hered. text. in leg. fin. ejusdem tit. in princ. ibi: ut quemadmodum ipsis à legitimis personis succeditur, ita & ipsa legitimarum personarum amplectantur successionem. text.

text. in leg. Si ab eo. Cod. eod. tit. ubi habetur, quod hodiè semper censetur filius emancipatus contracta fiducia, & reservantur reciproce jura successionis inter collaterales, ut talis filius emancipatus succedat eis, & è contra: & in specie ad hoc notat ibi Salic. Ex testamento verò indistinctè tales filii, etiam nati ex damnabili coitu, poterant succedere omnibus consanguineis, tam ex parte patris, quam matris, etiam in bonis à parentibus proventis, ut concludit Bart. & Doctores in leg. Si is cui bonis. de Vulg. & pup. & ego latè dixi supra. Sed hodiè illud procederet in extraneis: secus tamen esset in consanguineis; quia nullo modo possunt institui, nec aliquid in suo testamento relinquere talibus filiis ex damnabili coitu natis: ita expressè disponit lex 2. tit. 3. lib. 5. Ordinam.

Sed quia supra planè & notanter visum est, an, & quando filii naturales, spurii, nefarii, incestuosi, vel nati ex damnabili coitu possint succedere in bonis parentum? nunc oportet videre, an, & quando succedere possint in nobilitate, dignitate, officio, vel aliis juribus ipsorum parentum? Et breviter dico quod sic, quia licet talis filius spurius sit incapax & indignus, tamen naturaliter filius est, ut in Authent. de Incestis nupr. cap. Si verò contigerit. collat. 2. Item etiam, quia de jure naturali primævo ante leges scriptas, & ante constitutionem matrimonii nulla erat differentia inter filios legitimos, & naturales, vel filios spurios; sed omnes erant legitimi & probati, quia quilibet coitus & accessus maris & femine erat permissus & impunitus: textus est in Authent. Quib. mod. natur. eff. legit. cap. Si quis sanè. versic. Liceat igitur. collat. 6. cujus verba sunt: Nec enim à principio, quando sola natura sanciebat homines, antequam scripta pervenirent leges, fuit quadam differentia naturalis atque legitimi; sed antiquis parentibus antiqui filii mox ut procedebant fiebant legitimi. text. in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. cap. Palam. versic. Natura. collat. 7. cujus verba sunt: Natura si quidem ab initio, dum de filiorum procreatione sanciret, scriptis nondum positis legibus, omnes similiter quidem liberos, similiter autem produxit ingenuos. text. in leg. 1. §. Jus naturale, ff. de Justit. & jure: text. in cap. Jus naturale. 1. distinction. text. in §. 1. Instit. de Jure nat. gen. & civil. text. in leg. Vulgò concepti. ff. de Statu homin. & tenet & declarat Alber. Bald. & alii Doctores in dict. leg. 1. §. Jus naturale. ff. de Just. & jur. 2. colum. Bart. post Antiquos in leg. In concubinitu. ff. de Concubinis. Azo. in Summa, Cod. de Natur. liber. 2. col. num. 3. In contrarium ta-

Tom. I.

men, imò quod nullo modo gaudeant aliquo jure vel privilegio paterno vel generis, facit hæc ratio, scilicet quia post legem scriptam, & post constitutionem juris civilis & canonicæ talis coitus, & filius ex eo natus est reprobatus, & non potest dici vel nominari filius, sed in omnibus habetur plusquam extraneus: text. est formalis in Authent. Quib. mod. natur. efficiuntur sui. cap. Ultima siquidem. cujus verba sunt: Iste nec naturalis nominatur, nec alendus est à parentibus, nec habebit quoddam ad præsentem legem participium. text. in Authent. Ex complexu. Cod. de Incest. nupr. Sed pro concordia & vera resolutione dico sic: quod in his, quæ concernunt propriè jus sanguinis & jus naturale sine commodo successionis bonorum, & sic in dispositione legali, quia consideratur naturalis causa, bene est habilis & capax; in his verò quæ concernunt commodum successionis bonorum, non sit habilis vel capax, sed omninò repellatur.

Ex quo primò infero, quod filius spurius, nefarius, & incestuosus, & à fortiori naturalis, si occidat parentes, tenetur pœnâ legis Pompeiæ de parricidio: & istam conclusionem probat textus notabilis in leg. Hos accusare. §. Omnibus. vers. Item nec lex Pompeia. ff. de Accusation. ubi habetur, quod licet servus videatur non posse accusari lege Pompeia, quia non videtur in eo considerari jus sanguinis; tamen attento jure naturali punitur illa lege: & in expresso per illum textum ita tenet Bald. in leg. Parentes. ff. de In jus vocand. 2. colum. num. 4. reputans illum text. singularem ad hoc: tenet etiam Alex. ibi. 3. colum. num. 10. Joan. Faber. in §. Alia deinde lex. Instit. de Public. judic. Bald. in leg. Jus civile. 2. colum. num. 4. de Justitia, & Jur. idem Bald. in leg. Cum acutissimi. Cod. de Fideicom. 2. colum. idem Bald. in leg. Quisquis. Cod. Ad leg. Jul. majest. 2. colum. idem Bald. in cap. Nonnulli. de Rescript. 2. colum. num. 10. idem Bald. in cap. Per tuas. de Probationib. 2. colum. idem Bald. in cap. Naturales. Si de feud. fuerit controversia inter dominum, & agnatum. 3. colum. num. 12. ubi dicit, quod fuit combusta quædam Monialis professa, quæ filium spurium necaverat. Angel. in tractat. male. in parte, & ex intervall. fin. colum. versic. Quid si pater. nihil allegando nisi solum Bald. in dict. cap. Naturales. Licet contrarium teneat Spec. in tit. de Accusation. in princ. & Joan. de Imol. in leg. Lucius. §. fin. ff. de Legat. 2.

Secundò infero, quod dispositio, vel lex, quæ se fundat in exhibenda reverentia parentibus, habet locum contra filios naturales, vel spurios:

L

ita

ita probat textus notabilis in leg. *Parentes*. ff. de *In jus vocand.* ubi habetur, quod talis filius non potest vocare parentes in jus sine venia, sub poenâ illius tituli. Ex quo textu sumit ibi Guillelm. de Cum. superiorem doctrinam & conclusionem: quod dispositio, quæ respicit & considerat ipsam naturalem causam vel rationem, & ipsum jus sanguinis, benè extenditur ad filios naturales vel spurios: & idem tenet ibi Angel. dicens esse pulchra verba: tenet etiam Bald. *ibi*, 2. *colum. num. 4.* Paulus de Castr. in leg. 4. *illius tituli.* Angel. in *dicta leg. Hos accusare*. §. *Omniibus*. ff. de *Accusationib.* 1. *colum. in fin.* Tenet etiam Azo. in *Summ. Cod. de In jus vocand.* 2. *colum. num. 7.* Præpos. in cap. *Per venerabilem. Qui filii sint legitimi.* *fin. col.* licet Glos. in *dicta leg. Parentes*. ff. de *In jus vocand.* teneat hoc esse verum in naturali tantum; secus in spurio, nefario, & incestuoso: quam expressè tenet & sequitur Imola in leg. *Lucius*. §. *fin. de Legar.* 2. Idem Imol. in leg. *Ex facto*. §. *Si quis rogatus. el. 2. ff. Ad Trebellian.* 5. *col. & pen. & ibi Alex.* 11. *col. num. 25.*

52 Tertio infero, quod talis filius naturalis vel spurio potest accusare de morte patris, tanquam prosequens suam vel suorum injuriam: ita Bartol. in leg. 2. ff. de *Accusationib.* 2. *quæst.* Angel. in leg. 1. *ejusdem tituli.* Bald. notabiliter in leg. 1. *Cod. Qui accusare non poss.* 11. *colum. num. 50.* cum modificatione, de qua ibi per eum. Quod tamen intellige, & declara, ut per Imol. in leg. *Ex facto*. §. *Si quis rogatus. el. 1. penult. colum. in med. ff. Ad Trebel.* & ibi Alex. 17. *col. num. 40.*

Quarto infero, quod sicut parentes possunt instituere filios legitimos & naturales in minus solemnî testamento, ut in leg. *Hac consultiſſima*. §. *Ex imperfecto.* *Cod. de Testam.* ita etiam instituere filios vel descendentes naturales tantum in eo quod capere possunt: Ita tenet Spec. in *tit. de Instrumentor. edit.* §. *Compensiosè.* vers. *Quod si mulier.* Alber. & Paul. de Castr. in *dicto* §. *Ex imperfecto.* de quo articulo latiùs dixi suo loco.

Quinto infero, quod sicut filius legitimus prohibetur testificare pro patre, vel contra patrem ratione affectionis naturalis & reverentiæ, ut in leg. *Parentes.* cum materia, *Cod. de Testib.* & in leg. 4. ff. *eod.* ita etiam prohibetur filius naturalis, vel spurio: Ita reperio quod tenet in specie Bald. in *dicta leg. Parentes*. ff. de *In jus vocand.* 2. *col. num. 4.* Imol. in leg. *Ex facto*. §. *Si quis rogatus. el. 1. ff. Ad Trebel. fin. col. in princ.*

53 Sexto infero, quod poena privationis & in-

habilitationis filiorum, quæ ipsis infertur propter delictum criminis majestatis divinæ vel humanæ commissum à patre, de qua per textum in cap. *Statutum. de Hæretic.* in 6. & in leg. *Quisquis*. §. *Filii verò* *Cod. Ad leg. Jul. majest.* habet etiam locum in filiis naturalibus, vel spuris, dummodò habeant patrem certum: ita Cinnus in *dict.* §. *Filii verò.* 2. *colum. 4. quæst. principal.* & ibi Bald. 3. *col. 2. quæst.* Angel. 1. *colum. num. 5.* Salic. 2. *colum. 3. quæst.*

Septimo infero, quod talis filius naturalis vel spurio poterit hodiè retrahere rem patrimonii vel generis, considerata affectione naturali, in qua se fundant leges regie: & in expresso ita tenet Montalv. in leg. 13. *tit. 10. lib. 3. Fori legum. antep. colum. versic. Item quæro, &c.* & allegat Guid. & Petr. ita tenentes: tenet etiam Raynun. in *repetit. leg. Dudum. Cod. de Contrahend. empr.* 24. *quæst.* Nec obstat quod talis filius non succedat in bonis patris. Quia illud est, si vult succedere immediatè patri: secus verò alijs; quia potest, etiam in bonis patris: Unde meritò postquam alteri vendidit, potest retrahere. Vel aliter & secundò respondeo, quod licet non possit succedere patri titulo lucrativo, tamen benè potest succedere titulo particulari oneroso, ut suprâ conclusum est. Contrarium tamen videtur verius, imò, quod non possit retrahere: quia ratio in qua se fundant prædictæ leges, scilicet ne res exeat de familia, non militat in spurio, cum in eo cesset legitima successio. Secundò facit, quia hodiè de jure regio talis filius spurio non potest acquirere bona patris etiam titulo particulari oneroso: & istam partem tenet Doctor de Villadiego in *repetit. cap. Constitutus. de In integr. restitut.*

Octavo notabiliter infero, quod filius naturalis natus ex patre nobili erit etiam nobilis: ita tenet Bart. in leg. *Pronuntiatio*. §. *Familia*. ff. de *Verbor. signification.* idem Bartol. & alii in leg. *final. Cod. eodem tituli.* idem Bartol. in leg. *Tutelas*. ff. de *Capite minutis.* Joan. Andr. in *addit. ad Specul. in tit. Qui filii sint legit.* 2. *col. in princip.* Abb. Pan. notabiliter in cap. *In præsentia. de Probat.* 7. *col. num. 23.* ubi dicit, quod quando tractatur de privilegio vel commodo, veniunt filii naturales ex quadam humanitate & benignitate. Contrarium tamen tenet Bald. in leg. *Cum antiquioribus. Cod. de Jure delib.* 4. *col.* idem Bald. in leg. *Cum legitima.* ff. de *Statu homin.* idem Bald. in leg. *Generaliter*. §. *Cum autem. Cod. de Institut. & substit.* Idem Bald. in cap. *Per rnas. de Majorit. & obed.* idem Bald. in cap. *Innotuit. de Elect.* *fin.*

54 *fin. col. Platea in leg. Si Senator. Cod. de Dignit.* Florian. in leg. *Qui testamentum.* ff. de *Probat.* Pro qua sententia & conclusione est hodiè quædam notabilis lex Part. excilicet *lex 3. tit. 15. 4. part. & lex 2. tit. 13. 4. part.* Sed pro concordia dico, quod aut filius naturalis est natus ex concubina certa & retenta in domo; & tunc est nobilis, & gaudet honore & nobilitate patris: & ita procedat prima opinio, pro qua est hodiè *lex 1. tit. 11. 7. part.* & licet hodiè non sit natus ex concubina retenta in domo, sufficit quod concurrant requisita in leg. 11. *sequent.* Si verò non sit natus ex tali concubina certa, non sit nobilis, & non gaudeat honore & nobilitate patris: & ita procedat secunda opinio, & leges Partit. primo loco allegatæ. Et hoc intellige, modò talis filius sit naturalis tantum, modò incestuosus, nefarius, vel natus ex damnabili coitu.

Nonò infero, quod sicut filius vel descendens potest transmittre hæreditatem jure sanguinis ad descendentes posteros legitimos & naturales, ut in leg. *unic. Cod. de His qui ante aper. tabul.* ita etiam poterit transmittre ad filios vel descendentes naturales tantum, in casu quo possunt succedere: & eodem modo talis filius vel descendens naturalis, qui est hæres patri vel matri ex testamento, vel ab intestato, poterit hæreditatem transmittre in descendentes ejus; quia prædicta *lex unica*, & ejus privilegium fundat se in ratione sanguinis: & in expresso ex isto fundamento istam sententiam & conclusionem tenet Joan. de Imol. in leg. *Ventre præterito.* ff. de *Acquirend. hered.* 11. *col. Aret. ibi, 15. colum. Salic. in leg. Apud hostes. Cod. de Suis & legit. hered. fin. col. penult. quæst.* Et istam opinionem ego teneo, licet contrarium teneat expressè Angel. & Corn. in leg. *unica, Cod. de His qui ante aper. tabul.*

Advertendum tamen, quod omnia, quæ suprâ dicta sunt, habent locum & procedunt in filiis naturalibus vel spuris non legitimatis: Si verò sunt legitimati, dubium est, an succedant in bonis parentum, & eorum nobilitatibus, prærogativis, dignitatibus, & officijs? Pro cujus perfectæ & necessaria declaratione dico, quod principaliter duobus modis potest in jure nostro fieri legitimatio: uno modo per Tom. I.

rescriptum Principis: alio modo per subsequens matrimonium. Per rescriptum Principis, quando Princeps non recognoscens superiorem concedit legitimationem filio naturali, vel spurio, & restituit eum primis natalibus, quibus omnes homines liberi & legitimi nascebantur: textus est in *Authent. Quib. mod. natur. effie. legit. cap. Si quis sane non habens. & cap. Sit igitur licentia. & quasi per totum. collat. 6.* & ibi communiter Doctores: textus in *Authent. Quib. mod. natur. effie. sui. cap. Illud tamen. versic. Si quis ergo filius. & quasi per tot. collat. 7.* & ibi etiam DD. text. in *Authent. Præterea. & in Authent. Item sine. Cod. de Natur. liber. text. in cap. Per venerabilem. Qui fil. sint legitimi. (a)*

55 Secundo modo fit legitimatio per contractum matrimonii: nam si quis habet filios naturales ex concubina, & postea contrahit matrimonium cum ea, statim tales filii ipso jure legitimantur, tanquam si à principio essent legitime nati: textus est famosus & capitalis in cap. *Tanta. Qui filii sunt legitimi.* cujus verba sunt: *Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, per contractum matrimonii legitimi habeantur.* text. in cap. 1. *eodem tit. text. in leg. Cum quis. Codic. de Natur. liber. text. in leg. Nuper. eod. tit. text. in §. fin. Instit. de Nupt. text. in §. Quib. Instit. de Hæreditatib. quæ ab intestat. defert.* text. in *Authent. Quibus modis natur. effie. sui. cap. 8. vers. Si quis igitur dotalia. collat. 7. textus in leg. 1. in fin. tit. 13. 4. partit.*

Quod tamen intellige, quando tempore quo suscepit prædictos filios naturales, poterat legitime contrahere matrimonium cum concubina, ut quia erant soluti: secus verò si aliquis eorum tunc erat uxoratus, vel coitus esset incestuosus, licet postea contrahant cum dispensatione, vel ex qualibet alia causa non poterant de jure contrahere matrimonium; quia tunc, licet postea cesset illud impedimentum, & contrahant, non legitimatur filius: textus est in *dicto cap. Tanto.* versic. 1. *Qui filii sunt legitimi.* text. in *dicta leg. Cum quis. Cod. de Natur. liber. in princ. ibi: Cujus matrimonium non est legibus interdictum.* text. in *dicta leg. Nuper. eod. tit. ibi: Eam tamen cum quæ poterat habere concubium.* text. in *dict. §. fin. Instit. de Nupt. ibi: Cujus matrimonium minime legibus*

L 2

in-

(a) De ista materia legitimatiois, vide latè per Tell. in leg. 12. *Taur. Molin. lib. 3. de Hispanor. primogeniis. cap. 3. per totum.* Rojas latissimè de *Success. ab intestat. cap. 23. & cap. 15.* Gutierrez in §. *Sui. institur. de Hæred. qualitate, & different. num. 187. cum seqq. per Matienz. in leg. 10. tit. 8. & novissimè per Azeved. in *dict. leg. 10.**